ſurgat? A. Multo magis quàm idem numero corpus cadit ſeu moritur, *quod ab initio natum eſt*: etiamſi nonnullæ partes nato primùm corpori partim acceſſerint, partim deceſſerint.

4. *An & impii reſurgant, ſine fine victuri?* A. Etſi enim reſurrecturi ſint ad judicium *mortis æternæ*: non tamen talis mortis, quam non videant ac ſentiant, & quæ reverá ſit requies & finis laborum omnium: ſed *quam reverâ ſentiant*, & quaſi *videant* ac *guſtent* in æternum, *Joh.* 5. 29. collato *Joh.* 8. 51. 52. Ps. 49. 15. Luc. 16. 23. *Eſ.* 66. 24. *&c.* Qui vivendi modus, etſi vita rectè dicatur, quatenus *notitiam continet*: reverá tamen *mors potiùs* quàm vita dicenda eſt, quia gaudio & *quiete deſiderata caret.*